

afferat, per que iudicari possit, si quid forte in eum querere
euerit.

Si quis Bannum Potestatis se audire negaverit; aut per
Sabines tantum comprobetur, aut propria manu iuramento se
purgat.

Conuetudinarias autem Callias, quas annuatim usque ad
hec tempore Nobis solvere conueverunt, Nobis annuatim soluent
de cetero duplicatas.

Homines huius Communie extra Potestatem placitare non
compellantur. Quod si super aliquos eorum causam habuerimus,
iudicio Juratorum Nobis iusticiam exequentur. Si autem super
universos querelam habuerimus, iudicio Episcopalis Curie Nobis iusticiam
prosequentur.

Si aliquis Procerum Regionis, in homines Patis forisfecerit, nec
submonitus eis iusticiam facere voluerit; si homines ejus intra termi-
nos Patis huius inventi fuerint, tam ipsi quam eorum substantie,
in emendacionem facte injurie per iusticiam illam in cujus districto
inuenti fuerint, capientur; ita quod homines Patis jus suum habeant
et ipsa iusticia itidem suo jure non priuetur.

Sciendum itaque quoniam homines supradictarum octo Villarum
quibus hanc Communiam indulgemus, Nobis omnes redditus nostros denario-
rum, tam in Placitis quam in aliis rebus annuatim duplicabunt; hi
tamen, videlicet, de Cerniaco et de Chamolia cum hominibus aliarum
sex supradictarum Villarum, singulis annis conferent in quindecim libras
monete currentis in illa patria, quas simul annuatim Nobis tenebuntur
Exsolvere in festo Sancti-Premigii, preter prefatam reddituum et placitorum
duplicacionem.

Que omnia, salvo omni jure Ecclesiarum, Militum et Ingenuorum
hominum confirmamus. Actum Compendio. Anno Domini MCLXXXIIII.
Regni vero nostri anno quinto &. Per manum Hugonis, Cancellarii.